UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Hiacyntho martyre. Cap[itulum]. cxliij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

PAſtoꝛ preſbyter ī heremo de ſcythi claruit tempoꝛe ſanctoꝛū patrum anachoꝛitarū. Qui abſtinentia magna ſe affligens mu lta ſanctitate et religione pollebat. Cum autem mater ipſum abbatem ⁊ monachos ſuos videre curaret: ⁊ ad eccleſiam eūtes obſeruaſſet: paſtoꝛ cuꝫ fratribus cellam intrātes oſtium in faciē eius clauſerūt. Cum aūt illa flens ad oſtium clamaret: ⁊ filiuꝫ videre obnoxius poſtularet: ipē matri ſe videri prohibuit: hoꝛtans illaꝫ vt equanimiter ferret: quia ſi nō in preſenti ſeculo: ſaltem ipm in futu re videret: que cōfoꝛtata diſceſſit: ⁊ ipm āplius aſpicere non curauit. ¶ Iudex ꝓuincie cū abbatem paſtoꝛē videre cuperet: ſed nequiret: filium ſoꝛoꝛis eius tanꝙ malefactoꝛem carcerauit dicens: ꝙ ſi paſtoꝛ pro eo interceſſ[illegible]rus veniret: ipm dimitteret. Mater ergo [illegible] ⁊ ſoroꝛ abbatis ad oſtium iuit: ⁊ lachꝛymis: vt ꝓ eo iudicem adiret inſtāter rogauit. Cui ille mandauit dicēs: ꝙ paſtoꝛ filios nō generauit. Qua cum doloꝛe diſcedēte iudex ait: vt ſaltem verbo iuberet: ⁊ illū dimitteret. Ille aūt remandauit vt cauſam ſm legē examinaret: ⁊ ſi dign⁹ eſſet moꝛte: illū occideret: ſin aūt quō vellet faceret. Docebat aūt fratres dicēs: ꝙ animā ſuā a peccato cuſtodire ⁊ ſeipm cōſiderare ⁊ diſcretionē habere: ſunt anime ꝑfectiones. Tribulatio ⁊ diſcretio ſunt opationes ſolitarie vite. ¶ Cū quidam frater de quadā ꝯgregatione offendiſſet: abbas de conſilio cuiuſdā ſolitarij expulit eū: quem flentem abbas paſtoꝛ ad ſe accerſiuit: et ꝓ illo ſolitario miſit. Et cū veniſſet abbas ei dixit ꝙ duo homines erant: qui ambo ſuos moꝛtuos habebāt. Quoꝛum vnus moꝛtuum ſuū reliquit: ⁊ iuit ploꝛare moꝛtuū alterius. Quod ſolitarius de ſe dictum intelligēs compunct⁹ eſt. ¶ Frater quidā abbati paſtoꝛi dixit ſe ꝑturbatum eſſe ⁊ locū velle deſerere: quia verba q̄dam de fratre audierat q̄ eū maxime ſcandalizabat: dixit paſtoꝛ ꝙ hec verba crederet: quia vera nō eſſent. Ille vō verba eſſe vera affirmabat: quia frater fidelis ipſi dixerat. Et ille reſpōdit: ꝙ ſi fidelis eſſet non ipſi dixiſſet. Affirmāti vō omnino vera eſſe: propoſuit ei parabolā euangelij de trabe ⁊ feſtuca: admonēs: vt in coꝛde ſuo poneret: ꝙ peccata ſua trabs eſſet: ⁊ aliena feſtuca. ¶ Frater quidā qui grande peccatum commiſit penitentiā facere volens interrogauit paſtoꝛem ſi triennis penitentia ſatis eſſet. qui dixit ꝙ multum eſt. Interrogatus ſi annus ſufficeret: reſpondit ꝙ multū eſt. Interrogatus de quadraginta diebus: reſpondit ꝙ multum eſt. Addens ꝙ ſi homo ex toto coꝛde peniteat: ⁊ penitētiam triduanā agat ſuſcipiet deus. ¶ Interrogatus de illo verbo: qui iraſcit fratri ſuo ſine cauſa ⁊c. quid eſſet ſine cauſa iraſci: reſpōdit. Ex omni re qua homo a fratre ſuo grauat: iraſci ſine cauſa: donec oculum ipſi abſtrahat: Si autē quis eum a deo ſeparare vellet: ꝓ hoc iraſci debet. ¶ Conqueſtus eſt ei frater quidaꝫ ꝙ multas cog tationes habens in ipſis periclitabatur: qui eum ſub diuo eduxit iubens vt ſinū expenderet: ⁊ ventum teneret. qui reſpondit ſe non poſſe: ſic inquit ille: quia cogitationes repelli non poſſunt ne introeant: hominis autem eſt eis reſiſtere. Quieuit autem vir ſanctus in domino ſeptimo kalen. auguſti: ſanctitate ⁊ vita conſpicuus ⁊ miraculis clarus.

¶ De ſancto Eraſte diſcipulo. Cap. cxlij.

ERaſtes diſcipulus vnus ex. lxxij. de quo ap̄lus ad Rom. xvi. ⁊ pma timoth. iiij. c. mentionē facit. ⁊ de quo ſcribit Actuū. xix. ep̄s meadi fuit poſt hieroſolymoꝛ diſpſionē: vt abbas doꝛothe⁹ ponit. Ado tn̄ dicit in martylogio ex datarijs hieronymi ſumpto: ꝙ a beato paulo ap̄lo philippis ep̄s relictus ibidē martyꝛio coꝛonatus quieuit. vij. kalen. auguſti.

¶ De ſcō Hiacyntho martyꝛe. Cap. cxliij.

HIacynthus martyꝛ rome in poꝛtu ſub conſulari leontio paſſus eſt. Quē chꝛiſtianū compertuꝫ luxurius q̄dam primus ciuitatis taracine detinuit: et cōſulari tradidit. Qui primo ab eodē in copioſum ignem immiſſus: dum exiſſet illeſus: in validiſſimū deinde toꝛrentē ꝑcipitatus: ad littus tn̄ diuino nutu icolumis eiectus eſt. Qđ dū cōſulari leontio nūciatum eſſet: ipm gladio feriri iuſſit: quē matrona nomine iulia cum ſeruis ſuis iuxta ipam ciuitatē taracinam in predio ſuo ſepeliuit. vij. kalen. auguſti.

¶ De ſanctis Symphronio Olympio ⁊ ſocijs martyꝛibus. Cap. cxliiij.

SYmphronius: olympius: theodolus: ⁊ exuperia martyꝛes rome paſſi ſunt ſub valeriano et galieno imperatoꝛibus. Symphronius eñi cum eſſet diſpēſatoꝛ domus nemeſij tribuni: de quo ſupra actuꝫ eſt in eius paſſiōe. viij. kal. auguſti. vna cum eodeꝫ domino ſuo a ſancto ſtephano papa chꝛiſti fidē audiuit: ⁊ baptiſmū ſuſcepit. Cum aūt valerianus cōſul nemeſium carceri mancipaſſet vna cū lucilla eius filia: ⁊ ipm ſymphro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN